



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

110 Statuta laicorum clericos nunquam ligant, nec ecclesias, etiam si sint
aequa, & honesta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

109 Ut reprobata ꝑ contraria opinione Bart. asserentis statuta laicorum simpliciter facta contra ea, quæ competunt ecclesiis, vel clericis non in privilegium, sed ut cuilibet, tunc ligare clericos, & in foro Episcopali esset servanda, dummodo honesta sint, de qua in *l. cunctos populos* num. 29, C. de sum. Trinit. & *fid. cath.* cuius opinionem, post alios, per ipsum citatos, sequitur Lopez: in additione ad Diaz: *pract. q. cap. 56. ver. ex quibus*, post Bald: in *ead. l. cunctos populos*, num. 10 qui allegatis per Bart. respondet, & eius opinionem reprobat, sequitur, & tenet Abb: in *cap. sua, il primo, n. 9: de decim.* post text: in *cap. eccl. s. sancta Maria de constit.* & post Ant. Imol. Rom: & alijs citatos contrariis respondendo, & rationes adducendo, probat Felyn. in *cod. cap. ecclesia sancta Maria* num. 81, *vers. sed contra* Bart. & ibidem Bald: *num. 5, Abb.: num. 10, & Dec. num. 88, & 91. de constit. cap. bene quidem in fine: 96. distin. Bero. in cons. 31: num. 20, cum s. q. vel. primo*, & hanc esse communem doctorum theoreticam testatur idem Abb. in *cap. non minus n. 20, in princ. de immunit. eccles.* Sylvest: qui etiam inquit, hanc esse communem opinionem. in *ver. immunitas §: 1, num. 20, Surch. in cons. 2, num. 15, volum. 1, cum alijs, quibus supra cap. 45: num. 42, & seq.*

110 Inferitur etiam ex prædictis, laicorum statuta, sive decreta, aut ordinationes, quibus ob publicam utilitatem pœnaliter prohibetur, nè in prædijs orizæ serantur, aut quid simile clericos nos minime ligare, aut ecclesiarum bona. Quidquid in contrarium tenuerint Gabr: in *cons. 37: num. 3: & seq. Vulpel. in tractat. de libert. eccles. par. 3, num. 16, & Menoch*

cons. 1000, volum. 10. n. 28. quos citat, & sequitur Capal. in centur. resolut. crimin. cas. 12, sub: num. 4, quia, nec directè neq; indirectè, tacitè vel expressè, contra libertatè ecclesiasticam Principibus, seu magistratibus secularibus quidquam licet attemptare. Anchar. in cons. mihi 196, num. 4, alijs 112. magnificè, & Illustr. Colleg. Bonon. inter consil. eiusdem Anchar. cons. 12, num. 2, & seq. Abb. in repeti: cap. Ecclesia sancta Maria, num. 31. de constitut. & in terminis quamplures allegat Sud. cons. 301. num. 75. 76. & seq. volum. 3.

117 Imò ꝑ si eorundem statutorum, aut decretorum vigore contra clericos exercent, illos multando, aut alijs quovis modo gravando, in excommunicationis sententiam in Bullam Cœnæ Domini contentam incidunt, ut in eadem Bull. sub num. 15. *vers. quivè ex eorum.* & Navar. in *cap. 27. num. 69, §: qui ex eorum vers. necnon qui de cens. eccles. tom. 1.*

Non tamen negabo, quin, & ipsi ecclesiarum Præsules, si pij prudentisque pastoris officium præstare velint, eandem prohibitionem facere, illamque executioni debeant demandare.

115 Quòd, si ꝑ ipsi Prælati eadem edicta, & inhibitiones ordini clericali recusarent, quod minimè est credendum, proponere. Non propterea magistratus seculares possunt Prælatorum negligentiam, ut aliqui putant, supplere, quia cum Iudex ecclesiasticus si major, ipse Iudicis secularis inferioris negligentiam supplere, & illum corrigere potest, c. *ex transmissa, de for. comp. Azor: in 1. par. institut. moral. lib. 5, c. 12. vers. sed dubitare* & Rot: de anno 1595: ut scripsi in *cap. 38, n. 92, tom. 1.*

Dicta